

nunciat, comminatiue loquitur, & conditionaliter intelligenda sunt, sicut illud Ionæ 3. Adhuc quadraginta diebus & Ninive subuertetur. Et illud Esaiæ ad Ezechiam regem. 4. Regum. 2. Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues, & cetera multa, quæ tamen non ita, vt verba sonant, completa sunt, quia & si simpliciter prolata sunt, a propheta, tamen conditionaliter sunt intelligenda, nisi. s. conuerteretur Ninive, & precibus, ac lachrymis suis aliud obtinerent, de quo Lyra sup Ioan. ca. 1. Idcirco quidam interpretatiua quadam benignitate, dicta rigorosa ad sua flectunt intelligentiam, etiã quæ non comminat, sed assertiue sunt intelligenda. Et sunt nonnulli, qui (vt Chry. in de cõpunc. cordis lib. 1. dicit) vt liberius peccent, omnes hmõ scripturæ rigidas comminationes, terroris causa tm dictas esse, ac in paruis aut exaggarari minas, nõ vt ita eneniãt in veritate, sed vt terri homines maiora fugiãt, vñ solent sibi blandiri dicentes. Nõ talia vctura sũt qualia scriptura cõminatur, sed ne tot' mũd' declinet a via iustitiæ, oportet terroribus eos, & minis in ipsã via retinere. Sed tm & si quæ dã comminatiue dicta legant (quæ tm in veritate cõplerent, nisi conditio subintellecta tolleretur vel nisi pctã illa emẽ darẽtur, pp q̄ minata sunt mala. Sicut econuerto in diluuiõ, q̄ cũ dñs Noe de nunciãuit, dicens. Nõ manebit spirit' meus in homine in aternũ, quia caro ẽ. Et infra. Delebo, inquit hominẽ, quẽ creauĩ a facie terræ. Genef 6. Addidit. Eruntq; dies illius. 120. annorũ hos de dit. p̄ spacio, & loco penitentiæ, vt dicit Hiero. 1 de hebraicis q̄stionib'. In quo si penitissent, nõ perissent diluuiõ, quia non fecerunt, secundũ factã cõminatiõnem, omnes diluuiõ transactis præmissis 120. annis perierũt. Simile habetur de subuersione Gomorre, & Sodomæ. vbi dixerat dñs. Si inuenero 50. iu flos: immo 10. nõ delebo & c. quos quia non inuenit, deleuit. Gen. 18.) Plurima tamen ponuntur terribilia in scriptura per modũ reuelationis certæ fu

turorũ, non cõminationis tm. Quæ aut cõminatiue tm, & quæ vt reuelationes certæ futurorum dicte sint, ex circumstantibus hmõ prophetias, & ex aliis scripturæ passibus ad idẽ sonantibus põt cognosci. Solet. n. (ait Aug. 83 q̄ 69. q.) circumstantia scripturæ illuminare scripturam, ex quo intellectu accipiendã sunt. Hinc ẽt q̄ cum Samuel Sauli reuelasset suam deiectionẽ, vt sciret hoc se non comminatiue tantum dicere, addidit. Porro triumphator in Israel non parcat, & penitudine non flectetur, neq; enim homo est vt agat penitentiã. 1. Reg. 15. Et dñs pdicens Luc. 19. destructionẽ Hierusalem, fleuit super eam, vt sic non comminatorium tantum esse putaretur, q̄ dominus prædixerat, & nõ implendum pro quo vsq; ad lachrymas turbaretur.

Per hoc ad ppositũ nostrũ verba ista saluatoris nostri non cõminatiõne continent, sed certã rei, & veritatẽ reuelatiõnem. Quod ipse verborũ forma offendit. Comminatio siquidẽ de futuro est, sed hæc verba saluatoris: Multi vocati, pauci electi, nihil de futuro sonant, sed de præsentĩ. Dñs deniq; in suis cõminatiõnibus conditionem frequenter expressit, qua sublata, impeditur comminatum, sicut cum dixit Matth. 28. Nisi efficiamini sicut paruuli, nõ intrabitis in regnum cõlorum. Et Lu. 13. Nisi penitentiam habueritis, omnes simul peribitis. Et Ioan. 13. Si non lauerõ te, non habebis partem mecum. Et similia multa. Sed his verbis nullam adiecit conditionem. Non igitur comminatoria sunt tantum, sed ipsam veritatẽ, secundũ q̄ est in diuina pdestinatione certissima reuelat. Proinde dñs ad in ferẽdũ hanc veritatẽ, pluribus parabolis vtitur, in quibus ostendit multos ad conuiuuiũ aternæ beatitudinis vocatos, qui tamẽ vocationi nõ parerent, & venire contemnunt, & ad conuiuuiũ sua sponte se absentant, pro quibus concludit. Multi vocati, pauci vero electi Illas quoq; parabolas ad iudæos loquebatur, qui fidem accipere nolebant & c. sed manifestum est nullum eorum, qui

Multi sunt vocati sũt dicti ad reuelationem.